



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 22. Regiæ Curiæ Sententia contra Jesuitas pronuntiata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

§. XXII.

Sæc. XVII.  
A. C. 1611.

*Regiae Curiæ Sententia contra Je-  
suitas pronuntiata.*

Tandem die vigesima secunda Decem- *Serran.*  
bris sententia a sanctiori Regis Se- *Franc. hist.*  
natu pronuntiata, lisque hunc in mo- *invent.*  
dum decisa est. „Societatis Patres sub- *pag. 904.*  
„missionem, quam verbis polliciti sunt, *Abrege*  
„suo chirographo ratam habeant, spon- *chronol.*  
„dentes, quod doctrinam quatuor ar- *Siecl. XVII.*  
„ticulorum sint ore & calamo defensuri,  
„quo facto eis severe sit interdictum,  
„ne quid interea moliantur, quo Regii  
„decreti vigor de eorum reditu in Fran-  
„ciam enervetur, nec etiam instituendæ  
„juventutis partes sibi arrogant, aut in  
„Collegiis suis lectiones publicas, di-  
„sputationes, ceterasque Scholasticas  
„functiones exerceant, si secus fecerint,  
„reipsa libertatibus, immunitatibusque,  
„imo ipsa etiam Revocationis gratia ex-  
„cidisse declarentur. „ Lata hac sen-  
tentia omnes Academiæ Doctores de  
obtenta victoria supra modum tripudia-  
bant, Jesuitæ vero suos discipulos di-  
miserunt, paucis post diebus absque  
mentis angore declarantes, quod ea-  
dem, quæ Sorbona, ipsi quoque do-  
cere velint, præcipue circa Regiæ vitæ  
incolumitatem, & auctoritatem, nec-

D 3

non

Sæc. XVII. non Ecclesiæ Gallicanæ libertatem.  
 A.C. 1611. Hanc vero declarationem præter P. Provincalem quinque alii Jesuitæ suo chirographo firmarunt.

## §. XXIII.

*Sigismundi Poloniæ Regis victoria  
de Moscovitis reportata.*

*Mert. Gallo-  
belg. Annal.  
tom. 6. l. 4.  
tom. 7. l. 1.  
pag. 75.  
Sleid. contin.  
l. 16. p. 1212.* Intestina Moscovitici imperii dissidia Sigismundum Poloniæ Regem incitabant, ut a Majoribus suis amissa retineret, & universam Moscoviam cuperandi, Polonicam armis suis subjiciendi propositum conciperet: Collectis igitur validis copiis primo Smolencum munitissimum Russiæ propugnaculum die duodecima Junii cinxit, obsidionis cura Vilniscio demandata: Hic vero iterata tormentorum explosione latas murorum ruinas fecerat, ac Germanorum ope proximum mœnibus propugnaculum occupaverat, inde vero in concavum quemdam locum magnam pulveris vim clam inferri jussérat, quo incenso tam ampla muri pars corruit, ut Polonis facilem irruptionem præferret: decreto igitur, ac prospere expedito assaltu Vilniscius urbem cepit, Moscosque a Borysthenis ripis tam valide rejecit, ut eorum ad urbem & intra vallum ducenta millia vario cladis genere absumerentur: